

Hercules cubitorum corporis quatuor erat altitudine igneum ex oculis splendorem effundebat, nec frustra aut ab arcu segittas emittebat, aut jaculo feriebat. Apollod. *lib. 20.* Charops quasi iracundè intuens dictus, ex Africana victoria nihil præter oves abegit; verùm quia Μηλον ovem & pomum Homerum omnem arborem significat, aurea mala ex hortis Hesperidum secum asportasse creditur; tanto namque in honore apud veteres oves habitæ, ut ex iis omne divitiarum genus, desumi posse existimarent, hinc aurea lana, & apud Juris consultos peculium teste Festo, cum Servio, à pecoribus dictum; pecunia pecudum nota signata, ex argento. Anno V C cccclxxxiv Q Fabio Consule, primò apparuit Plin. *lib. 33. c. 3.* ubi mendum est, quod Glareanus de Asse & part. ejus c. 13. annotavit.

Valeriæ per Italiam observantur Herculis statuæ, poma uno, aut tribus in manu, quæ coronea affirmat Pierius *lib. 10.* Similem hujus Schematis Ravennæ aspicias Ingeniculum, ambobus lacertis atque cervice, femirotundum & convexum gestantem solarium. Non dissimilis Romæ, in vineâ Stephani Bubalij repertus Alcides, Sphæram Zodiaci, & fixarum stellarum imaginibus sculptis exornatam bajulans. Cur autem cœlo humeros supposuerit Diodor. *lib. 4. c. 3.* explicat Clavam à nobis primò novem stellulis descriptam alii tam libri, quàm globi ignorant; nec ramum pomiferum agnoscunt quæ duo cum historiæ nihil detrahant, nec omit-tenda censuimus.

Clara in capite κατ' ἐξοχλῶν Hercules, nobis cosmicè oritur II. Non. Novemb occidit XI Kal, Febr,